UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

150. Pilatus suo testimonio & Herodis facto declarat, Christum non esse reum mortis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-47925

Visual Library

CAP. 149. *IESVS ad Herodem miſſus, ab eo contemnitur & illuditur. Luc. 23.* 148. Iohan. 18. * 148.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		AIT aũt Pilatus ad principes ſacerdotũ & turbas. Nihil inuenio cauſę in hoc hoĩe. At illi inualeſcebãt, dicẽtes, Cõmouet populũ docẽs per vniuerſam Iudęã, incipiẽs à Galilæa vſq; huc. Pilatus aũt audiens Galilæã, interrogauit ſi homo Galilæus eſſet. Et vt cognouit quòd de Herodis poteſtate eſſet, remiſit eum ad Herodẽ, qui & ipſe Ieroſolymis erat illis diebus. Herodes autẽ viſo Ieſu, gauiſus eſt valde, erat enim cupiẽs ex multo tẽpore videre eũ, eò quòd audiret multa de eo. & ſperabat ſignum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eũ multis ſermonibus. At ipſe nihil illi reſpondebat. Stabãt aũt principes ſacerdotũ & Scribæ conſtãter accuſantes eũ. Spreuit aũt illũ Herodes cũ exercitu ſuo: & illuſit indutũ veſte alba, & remiſit ad Pilatũ. Et facti ſunt amici Herodes & Pilat⁹ in ipſa die. nã antea inimici erãt adiuicẽ. *150.	

CAP. 150. *Pilatus ſuo teſtimonio & Herodis facto declarat, Chriſtum non eſſe reum mortis. Luc. 23 * 149.*

S. Matthæus	S. Marcus.	S. Lucas.	S. Iohannes
		PIlatus autem conuocatis principibus ſacerdotum & magiſtratibus, & plebe, dixit ad illos, Obtuliſtis mihi hunc hominem, quaſi auertentem populũ, & ecce ego corã vobis interrogans, nullam cauſam inueni in homine iſto ex his in quibus eum accuſatis. Sed neq; Herodes. nam remiſi vos ad illum, & ecce, nihil dignum morte actum eſt ei. Emendatum ego illum dimittam. * 151.	

Cap.